Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Donatus, Ars Maior II

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

deflexura bindis.
Et quid nobis prodest scire propter uer
borum rationem. Nam natura uerbo
rum aliquando in loco significat. Ut
sto. maneo. sedeo. Illo. ad locum sig
nificat. non possumus ergo dice
re. illo sedeo. illo maneo. sed iun
gimus illi aduerbium. quod sit in locum
& dicimus. ibi maneo. illic sedeo; Er
go ad locum significationi iungimus
aduerbio. quod sit ad locum. ergo il
lo. us.
Illud etiam scire debemus nominibus
ciuitatum non nos adiungere praeposi
tiones; Quotiens in localium aduer
biorum significationem transeunt.
Sed quando uolumus ad locum sig
nificare. bene tunc pergo. quando de
loco septimo utimur. roma proficis
cor. beneuento nauigo. quando in lo
co aliquando per datiuum. aliquando
per genitiuum dicimus.
Quotiens nomen ciuitatis secundae
declinationis est. ut .i. littera ter
minetur in genitiuo. per genitiuum dici
mus. ut beneuentum mediolani maneo;
Quando autem tertiae declinationis fuerit
datiuo utimur. ut carthagine sum. Si
primae declinationis fuerit datiuo utimur.
ut romae sum. ercle. per herculem. medi
us fidius. per mediam fidem;
Uerbum enim solum sensum implet. ut scribo

aduerbium autem sine uerbo non habet ple
nam significationem. aduerbium dicitur
quia uerbo cohaeret. ita ut separari non pos
sit. Si dicas. cras. non est sensus. addis
uerbum. cras faciam. cras dicam. addita
uerba complet sensum; De aduerbio.
Aduerbium est pars orationis. quae
adiecta uerbo significationem
aut complet. aut mutat. aut minuit.
Ut iam faciam. non faciam; Aduerbia
aut a se nascuntur. ut heri. hodie.
nuper; aut ab aliis partibus orationis
ueniunt. a nomine appellatiuo
ut doctus. docte. a pronomine. ut tul
lius. tulliane. a uocabulo. ut ostium
ostiatim;
A pronomine. ut meatim. tuatim.
A uerbo. ut cursim. strictim. A nomine
& uerbo. ut pedetemptim. a participio.
ut indulgens. indulgenter. Aduer
bia de nomine uenientia. aut in .a.
exeunt. ut una. aut in .e. producte.
ut docte. aut in .e. correpte. ut rite.
aut in .i. ut uesperi. aut in .o. producte.
ut falso. aut in .o. correpta. ut modo.
aut in .u. ut noctu. aut in .l. ut semel.
aut in .m. ut strictim. aut in .r. ut breui
ter. aut in .s. ut funditus.
Aduerbia quae in .e. exeunt produci
debent. quae aut non comparantur.
ut nae. quae comparationis regulae
non seruant. ut bene. male.

Fiunt ut bene melius optime.
male peius pessime.
aut etiam quae a nomine uel uerbo
non ueniunt ut impune. saepe.
Ceterum ficcile. & dificile quae
uel ut aduerbia ponuntur.
nomina potius esse dicenda.
Nam sunt pro aduerbiis posita ut tor
uum clamat. horrendum reso
nat. Ergo aduerbia quae in
o. et in e. producta exeunt ab eo
nomine ueniunt. quod datiuo casu
o littera praeponitur. ut huic
sedulo. sedule. Quae in ter &
exeunt ab eo nomine ueniunt.
quod datiuo casu i littera praepo
nitur. ut huic agili. agiliter.
Contra quam regulam multae
saepius usurpauit auctoritas.
Nam quaedam ut diximus & in da
tiuo casu in o permanent. &
aduerbia faciunt. ut raro.
falso. sedulo. Quaedam con
tra faciunt. ut huic duro
non dure. sed duriter.
Aduerbio. accidunt tria.
significatio. conparatio.
figurae;
Significatio aduerbiorum
in hoc cernitur;
Quia sunt loci aduerbia.
ut hic. ibi;

aut temporis. ut heri. hodie;
Aut numeri. ut semel. bis;
Aut negandi. ut. non.
Aut affirmandi. ut etiam;
Demonstrandi. ut en. ecce.
& reliqua. sicut supra dictum
est;
Aduerbia loci. duas species
habent. in loco. & ad
locum. dicimus enim. intus sum
foris sum. introeo. foras
eo. quidam adiciunt de
loco quod si dicitur quasi
in loco. utuntur & eo. foris
uenio. adiciunt etiam per lo
cum. ut hac illac. heus. & eu
interiectiones & non sunt. multi non
aduerbia putent.
conparatio aduerbiis ac
cidit. quia hinc quoque
conparationis gradus sunt
tres. positiuus. ut docte. con
paratiuus. ut doctius. sup
erlatiuus. ut doctissime.
Et quoniam aduerbia quoque sunt
quae per omnes gradus per omnia
tam ire non possunt.
Ideo. his ad augendam signi
ficationem. per conparatiuo
& superlatiuo. Magis. &
maxime coniunguntur.
ad minuendam. ut minus.

minime. Quemadmodum conpa
rantur. ita & di
minuuntur. ad
uerbia.;
A positiuo. ut pri
mum. primulum.
longe. longule;
A conparatiuo ut
melius. meliuscu
le. longius. longi
uscule.
A superlatiuo uel nul
la uel simplicia sunt
tantum; Sunt
item aduerbia loci
quae imprudentes
nomina putant.
In loco. ut romae. sum.
de loco. ut roma
uenio; Ad locum
romam. pergo. his prae
positio non antepo
nitur;
anteponitur autem
his. quae ponuntur
locis. regionibus
ue. adici solent.
quia de significatio
ne nominum non rece
dunt. ut de africa
uenio. ad siciliam per
go;

sū
In uitelia pgere · p̄ positio
separatim aduerbiis n̄ ad
plicabitur · quamuis legerim
derepente · decursum · de ubi
to · & exinde · & abusque ·
& deinde · Sed haec nostra
quam · i · partem orationis sub
una accentu numerauimus ·
Conparationis iii · s · positi
uum · conparatiuum · superlatiuum
et ea aduerbia quae conparati
onem recipiunt · in positiuo
gradu · duas regulas habet ;
In conpar · unam · in superlat ·
unam ; In posit · aut in e ·
exeunt · aut in r · in e · ut
docte · clare · in r · ut doci
liter · faciliter ;
Conp · in us · ut docilius · faci
lius · celerius · clarius · & rel ;
Superl · exit · in e · ut doctis
ſime · excellentissime ·
Sed diximus · quia positiuo
duae regulae sunt · Quando ·
in e · exeunt · quando in r ·
Ut in arte · secunda donati ·
habemus · quae ea aduerbia conpa
rationem recipiunt · quae
dicuntur · i · uenire · a nomi
nibus quae conparentur
in nominibus : diximus · iiii · species
& quibus fit conparationem

ab animo · a corpore · extrin
secus · a mensura · & in aduer
biis similiter ea recipiunt ·
Conparationem alia nulla ·
ut puta · ab animo · docte ·
doctius · doctissime · a cor
uo · nigre · nigrius · nigerri
me · a fortuna · misere
miserius · miserrime ·
a mensura · breuit̄ · ius · me
ea · i · aduerbia · sane ea recipi
unt conparationem quae
ducuntur a nominibus
conparatiui non carent ·
Si enim non nomina aut par
ticipia a quibus discendunt
aduerbia · quae non recipiunt
conpar · neque aduerbia ·
ut puta · tullius · aduerbium
facit · tulliane · & quod non
us
possumus dicere tullianus
tullianior · mūs ǵ conpara
ri non potest · tamquam proprium sic
aduerbium non conparatur
non enim dicimus tulliane · tulli
anius · tullianissime ·
Ergo ea aduerbia recipi
unt conpara · quae origi
nem trahunt a nominibus
conparationem recipien
tibus : accidit figura sim
plex · ut docte · conp · indoc
te ·

Aduerbia localia ·
alia de loco ·
de significatione ·
alia ad locum · alia
per locum · alia in lo
cum · hic sum · illic ·
ideo
ad locum · huc · illuc ·
i · loco · & eo
de illo · hinc · illinc ·
& tra locum · de iu a nal ·
per locum · hac · illac ·
Quare dico · quia
frequenter fiunt
solecismi · ut si dicas ·
uado · ibi · & ago
nescio · quid uado
ad locum · est ibi in loco ·
& quo modo potest
iungi · uerbum quod
ad locum significat ;
aduerbio · quod
in loco est · intus
& foris · in loco est ·
intro eo · foras ad
locum quo pergis · intro
ubi es intus ·
Similiter quo ua
dis · foras eo ·
non solum in loco · sed
etiam de loco · ubi puta
ubi fuisti · intus ·
ubi fuisti · foris · iterum
de loco · unde uenis ·
foris uenio · non dicimus